



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Vitruvius Itervm Et Frontinus**

**Vitruvius**

**Florentiae, 1513**

De maceratione calcis ad albaria opera & tectoria perficienda. Caput. II.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-12979**

rudus inducatur, idq; pinsum absolutū ne minus pe-  
de sit crassum, Tunc autem nucleo inducto (uti su-  
pra scriptum est) pauimentum è tessera grandi cir-  
citer binum digitum cesa struatur, fastigium habēs in  
pedes denos, digitos binos, qđ si bene tēperabitur, &  
recte fricatum fuerit ab omnibus uitiis erit tutū, Vti  
autem inter coagmenta materies ab geliciis ne la-  
boret, fraabus quotānis ante hyemem saturetur, ita  
non patietur in se recipere gelicidii pruinā, Sin au-  
tem curiosius uidebitur fieri oportere, tegula bipeda-  
les inter se coagmentatae supra rudus substrata ma-  
teria collocentur, habentes singulis coagmentorū fron-  
tibus excisos canaliculos digitales, quibus iūctis im-  
pleantur calce ex oleo subacta, confricenturq; inter se  
coagmenta compressa, Ita calx quae erit hærēs in ca-  
nalibus dure scendo non patietur aquam, neq; aliā  
rem per coagmēta transire, Cum ergo fuerit hoc ita  
perstratum supra nucleus inducatur, & uirgis cedē-  
do subigatur, Supra autem siue ex tessera grandi, si-  
ue ex spica testacea struantur, fastigiis, quibus est su-  
pra scriptū, & cū sic erunt facta non cito uitiabūtur.  
De maceratione calcis ad albaria opera & tectoria  
perficienda. Caput. II.

**V**m à pauimentorum cura discessum fue-  
rit, tunc de albariis operibus est explican-  
dū, Id autem erit recte, si glebae calcis op-  
timae ante multo tempore q̄ opus fuerit macerabūtur,  
uti si qua gleba parum fuerit in fornace cocta, in ma-  
ceratione diuturna liquore deferuere cocta, uno te-  
nore concoquatur, Namq; cum non penitus macerata,

## LIBER

sed recens sumitur, cum fuerit inducta habens latentes crudos calculos, pustulas emittit, & calculi in ope, uno tenore cum permacerantur dissoluunt et dissipant tectorii politiones. Cum autem habita erit ratio maceratiois, & id curiosius opere præparatum erit, sumatur ascia, & quemadmodum materia dolatur, sic calx in lacu macerata ascietur, Si ad asciam offenderint calculi, non erit temperata, cumque sicum & purum ferrum educatur indicabit eam euandam & fiticulosam, cum uero pinguis fuerit & recte macerata, circa id ferramentum, uti glutinum hærens, omni ratione probabit se esse temperatam. Tunc autem machinis comparatis, camerarum dispositiones in conclauibus expediantur, nisi lacunaribus ea fuerint ornata.

De camerarum dispositione, trullissatione, & tectorio opere.

Caput. III.

**V**m ergo camerarum postulabitur ratio, sic erunt faciundæ, Asseres directi disponantur inter se, ne plus spatium habentes pedes binos, & hi maxime cupressini, quod abiegni ab carie & ab uetustate celeriter uitiantur, hiq; asseres cum ad formam circinationis fuerint distributi, catenis dispositis, ad contignationes (siue tecta erunt) crebriter clauis ferreis fixi, religentur, eaq; catena ex ea materia comparentur, cui nec caries, nec uetustas, nec humor possit nocere, idest, buxo, iunipero, olea, robore, cupresso, cæterisque similibus, præter quercum, quæ ea se torquendo rimas faciat quibus inest operibus. Asseribus dispositis, tum tomices ex sparto hispanico, harundines græcæ iunsa ad eos (uti forma postulat) re-